ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 92v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tie lumen percipit & actionis praue tenebras n̄ relin
quit. Nam cum acceptā ad adiutoriū scientiā negle
gunt. hanc contra se in testimoniū uertunt. & de lu
mine intellegentie augent supplicia. qd̄ pfecto
acceperunt ut possint delere peccata. Quorū nimi
rum nequitia cū malū agit qd̄ diiudicat. uenturū
iam iudiciū hic degustat. cū eternis suppliciis seruat
obnoxia. suo hic interim examine n̄ sit absoluta.
Tantoq; illic grauiora tormēta pcipit. quanto hic ma
lum n̄ deserit & iā qd̄ ipsa condempnat. Hinc enim
ueritas dicit. Seruus qui cognouit uoluntatē dn̄i sui
& non pparauit & n̄ fecit scd̄m uoluntatē eius uapu
lauit multis. Hinc psalmista ait. Descendant in in
fernum uiuentes. Viui quippe que circa illos agant
sciunt & sentiunt. mortui aut̄ sentire nil possunt.
Mortui enī in infernū descenderent. si mala nesciendo
ppetrarent. cū uero sciunt mala & tam̄ faciunt. ad in
iquitatis infernū uiuentes miseri sentientesq; descendunt.

Aliter admonendi sunt qui repentina xxxiii.
concupiscentia superant. atq; aliter qui in cul
pa ex consilio ligantur. Admonendi quippe sunt
quos repentina concupiscentia superat. ut in bello
p̄sentis uite se cottidie positos adtendant. & cor
qd̄ prouidere uulnera n̄ potest. scuto solliciti ti